UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

# Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amabile responsum Deo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

# CONSIDERATIO XXXII.

## AMOR DEI,

### *Amabile reſponſum DEO.*

AMo te: reſponſio Petri fuit, cùm Chriſtus eum interrogaſſet. *Petre amas me?* Neque ſemel in- terrogaſſe contentus, ter eandem quæſtionem repetiit *Amas me?* ac toties ei Petrus reſpondit, *Amo te.* quoties in corde noſtro, nos à Chriſto interrog- ſicut Petrum, *Amas me?* Quis reſpondebit cum Petro *Amo te;* non dicet, *Vellem amare te;* quia amor actus abſolutus & efficax: neque dicet, *amabo*, amo; quia amor eſt præſens: neque dicet, *Paratus* *amare te*, ſed *amo;* quia amor eſt non in habitu ſolum, ſed in actu.

O dulciſſime JESU, Rex cordis mei, ſicut interro- gatio tua eſt, *Amas me?* ſic deberet eſſe reſponſio *amo te.* Da mihi gratiam, Redemptor mi, ut ſemper te amem amore vero, perfecto, ardente, ſente, & actuali, ſemper, & in omni loco, actione, & in omni negotio dicam hæc verba *Amo te;* ac citiùs obliviſcar meiipſius, quàm amoris tui. *Amo te*, hæc ſit anchora mea, quæ & ſtabiliat in omni viciſſitudine vitæ iſtius: cynoſura, quæ me feliciter in portum patriæ ducat: ſit meus cibus, mea conſolatio, mea ſit denique pax, quies, & meus theſaurus: ſit denique pax, quies, & cordis mei.

*Cor hominis, divino Amori affixum, ſtabile* ait Hugo Victorinus. Non patitur mutationem, ſemper in eodem modo ſtabile invenitur: & *amando, unum permanet:* non dividitur in bona nec in plura corda: unus amor, unum cor: & ſi divinus eſt amor, etiam cor Divinum efficiet.